



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 88. Papa electionem suam omnibus Principibus significat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

**Sæcul. XV.**  
A.C. 1417.

§. LXXXVII.

*Judæi Papæ obsequium præstant.*

Jam Papa cum solemní comitatu abiens in via obviam habuit Judæos Constantienses, qui candelas in manibus gestantes, & more suo canentes eidem obsequium præstiterunt. Quidam ex illis Decalogum, ac Pentateuchon summo Pontifici obtulit. Varia est Auctorum sententia de modo, quo Papa Judæos exceptit; dicunt aliqui, eum volumen accipisse, quod cum redderet, dixisse: „legem „habetis, sed non intelligitis, recesserunt „vetera, nova sunt omnia.„ Alii vero memorant, Papam volumen legis recipere noluisse, Imperatorem vero illud accipisse cum dicto: leges eorum justas quidem, ac bonas esse, sed in hoc peccare, quod eas, prout decet, non observent. Dein Papam ad ipsos conversum ita locutum esse. *Omnipotens Deus avertat ab oculis vestris velamen, & faciat vos inspicere lumen æternæ vitæ, atque benedictionem suam ipsis largitum fuisse.*

§. LXXXVIII.

*Papa electionem suam omnibus Principibus significat.*

*Platin. in  
Mart. V.*

Post hæc Martinus V. sollicite omnes Principes electionis suæ certiores reddidit,

didit, atque Archiepiscopum Burdegalen- Sæcul. XV.  
 sem ad Alphonsum Arragoniæ Regem A.C. 1417.  
 misit, qui eum admodum benigne exce-  
 pit. Rex quoque illico quosdam able- *Bzov. an.*  
 gavit Episcopos ad Petrum de Luna, qui *1416. n. 10.*  
 ei Constantiensium gestorum seriem ex-  
 ponerent, & pertinacem hunc senecio-  
 nem tandem flectere studerent; ast ille  
 vinci haud poterat. Ludovicus de Flisco,  
 Cardinalis tit. S. Adriani in Gallias mis-  
 sus fuit, quamvis ejus legatio minus fe-  
 licem, quam Arragonensis, sortita sit e-  
 ventum; nam Carolus VI. adveniente  
 hoc Nuntio Senatum coegit, in quo deci-  
 sum, nemini præstandam esse obedien-  
 tiā, quiscunque demum Constantiæ  
 electus esset Papa, nisi prius Oratores Galli  
 in Franciam cum plena libertate rediis-  
 sent, & electionem libere, ac Canonice  
 peractam fuisse testarentur, ex tunc vero  
 Carolum VI. tanquam Regem Christianis-  
 simum cum communi omnium applausu  
 sua adimpleturum officia.

### §. LXXXIX.

*Nationes congregantur, a Pontifice  
 Ecclesiæ reformationem petentes.*

Pontifex eodem mense recepit Episto-  
 lam Electoris Palatini, qua illi ele-  
 ctionem suam die decima quinta Novem-  
 bris fama publica ad se delatam gratula-  
 tus